

submersa¹⁾, clamare non cessat, sinodum invitat. Recusas, discussionem canonum vitas. Mavis cum iniustis²⁾ in stercore tuo putrescere, quam inter columnas ecclesie fulgere. Nos tamen, qui vicem Petri gerimus, ecclesiae nitorem reparare temptamus. Quapropter apostolica auctoritate tibi praecipimus in octava proximae epiphaniae

Aufforderung an den Clerus (von Pavia) zu einer
Synode. 7.—8. Jahrhundert.

. . . . d. eis virtutibus undique suffragantibus, vel omnibus archipresbiteris ceterisque ordinibus³⁾ sis⁴⁾ in Domino salutem.

Ecclesiastica inminet necessitas, ut iuxta statuta sanctorum patrum simul nos iungentes, gloriosam sanctamque sinodum celebremus. Ideoque precipiendo iubemus, ut omnes sancti⁵⁾ ordinis viri et universi in quibuscumque oraculis et capellis constituti ad sinodum venire ne differant Papiam dominica die cum vestimentis sacris atque libris, quibus divina celebrent officia, nec non cum capitulis nostris, dudum palam porrectis, quatinus ex his que necessaria fuerint, Deo auxiliante doceri aut docere valeant. Nullus enim his nostris visis litteris, inveniendū aliquam occasionem accipiat, qui nostro noluerit separari collegio, uno excepto tantum sene presbitero in unaquaque plebe relicto. Specialiter quoque illos ammonemus presbiteros, qui in capellis deserviunt, qui frequenter vocati venire distulerunt, quod si modo venire neglexerint, pro certo scire poterunt, quod a nostra nostrorumque societate expulsi erunt, ecclesiastico more dampnati. Hanc autem epistolam more solito de loco ad locum festinanter dirigite in vicem per has plebes subscriptas: Laumellum, Carium, Bassenianam.

Nachtrag zu S. 336. 338.

Weitere Belege für die Verwechslung von carex, Riedgras, mit Papyrus bietet Marini, I papiri, in den beiden Dokumenten n. 38. 54, deren Originale von den die Abschriften unterzeichnenden Judices: exempla oder autentica 'de lisca' facta oder composita genannt werden (vgl. daselbst p. 61. 91). Marini selbst erklärt zweifelsohne richtig diese Originale für Papyrusurkunden, und führt p. 236 trefflich zur Interpretation des Wortes lisca aus dem Glossar des Papias an: 'carex, herba acuta, vulgo lisca'.

1) cod.: 'sur . . e'.

2) cod.: 'iu . tis'.

3) Nicht ganz richtig citiert von Pflugk-Harttung, Iter Ital., p. 116, als Titel: 'L (oder I) omnibus episcopis ceterisque ordinibus'.

4) wohl 'ecclesiae papiensis'.

5) Sehr undeutlich zu lesen.